Sententia posterior non sana videtur esse. *ἢν δ' ἀποτύχῃ* per se respondet verbo *κατορθώσας; σωθῇ δὲ* autem per se non respondet. Utraque vero verborum notio conjunctim recte opponitur. Quare corrigendum, commate deleto, *ἢν δ' ἀποτύχῃ σωθῇ τε.*

8. *Οὕτω γὰρ ἐπῆρτο τῇ ψυχῇ καὶ τοσοῦτον ἔρωτα τῶν καλῶν πράξεων εἶχεν, ὥςτε τὸν Φωκίωνα καὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν ἐπιστάμενος Ἑλλήνων δικαιοτάτους καὶ κρατίστους γεγονέναι δοκοῦντας ἐπὶ τῷ διώσασθαι δωρεὰς μεγάλας καὶ μὴ προέσθαι χρημάτων τὸ καλὸν, αὐτὸς εἰς*

*ταῦτα δαπανᾶσθαι κρύφα καὶ προεισφέρειν, ἐν οἷς ἐκινδύνευε μόνος ὑπὲρ πάντων οὐδ' εἰδότων τὰ πραττόμενα, ἡρεῖτο.*

Voc. *πράξεων* est additamentum a magistello explicationis causa ad *τῶν καλῶν* insertum. Ejiciendum igitur, Plutarchus enim scripsit *τῶν καλῶν*; conferatur supra Cap. I. med. *Οὐ γὰρ ἰδίων ἀπορίᾳ καλῶν ἐξαρτῶσιν.* Cap. X. init. *ὡς οὐδενὸς ἄλλου τῶν καλῶν ἐραστής.* — Deinde corrigendum *Ἐπαμεινώνδαν.* — Tum verbum *ἡρεῖτο* ejiciendum mihi videtur; primum quia ineptum est; numnam *ἡρεῖτο; ἀντὶ τίνος;* deinde num recte hoc loco *ὥςτε* cum Indicativo construitur? Vide Krueger. Xenoph. Anab. Pag. 540, ubi *ὥςτε*, inquit, cum Infinitivo construitur, ubi praegressae enuntiationis singulum vocabulum vel quae ex illa elicienda est vox *οὕτως* spectatur non solum *a*) ubi consequutio tantum in cogitatione posita est, sed etiam *b*) de re in facto posita.' Quod multis exemplis confirmat quae conferantur, atque alia in huj. Vit. Cap. III. init. Cap. VII. init. Cap. IX. init. et med. Cap. XXIX. init. Vit. Anton. Cap. VI. init. Cap. XIV. fin. Verbum istud ortum videtur esse ex prava lectione vulgata: *Ὁ δὲ (οὕτω γὰρ ἐπῆρτο........ τὸ καλὸν) αὐτὸς εἰς ταῦτα κτέ.* Sic enim *Ὁ δὲ* praedicatum flagitat.

15. *Τίς γὰρ οὐκ ἂν θαυμάσειε καὶ συναγωνίσαιτο ἔτι νῦν τῇ μεγαλοψυχίᾳ τοῦ ἀνδρὸς, ὠνουμένου χρημάτων τοσούτων κίνδυνον τηλικοῦτον καὶ τὰ τιμιώτατα δοκοῦντα τῶν κτημάτων ὑποτιθέντος, ὅπως παρεισαχθεὶς νυκτὸς εἰς τοὺς πολεμίους διαγωνίσηται περὶ τῆς ψυχῆς ἐνέχυρον λαβὼν τὴν ἐλπίδα τοῦ καλοῦ παρ' αὐτῶν, ἄλλο δ' οὐδέν;*

Quo particula *γὰρ*? Num ratio affertur? Nempe conclusio efficitur. Corrigendum igitur videtur *Τίς οὖν οὐκ ἂν θαυμάσειε.* — Deinde pro *διαγωνίσηται* legendum *διαγωνιεῖται*; conferatur enim supra Cap. XVII. init. *ὅλος ἀνήρτητο ταῖς φροντίσιν, ὅπως ἀφαιρήσεται δόλῳ.* Moral. Pag. 825, A. *οὐδενὸς ἧττον τῷ πολιτικῷ προσήκει ταῦτα ἰᾶσθαι καὶ προκαταλαμβάνειν, ὅπως τὰ μὲν οὐδ' ὅλως ἔσται, τὰ δὲ παύσεται ταχέως τὰ δ' οὐ λήψεται μέγεθος, οὐδ' ἅψεται τῶν δημοσίων.* — Tum attendas ad voc. *παρ' αὐτῶν.* Schaeferus explicat *αὐτῶν* i. e. *τῶν τιμιωτάτων.* Ergo Aratus pignori opposuerit res pretiosissimas, unde pignus accepit? Interpres vertit: *ab iis pro quibus illa agebat.*? Equidem ista vocabula ab sciolo adjecta esse puto hoc sensu nimirum: *παρὰ τούτων οἷς ἔδει τὰ χρήματα κεῖσθαι,* conferatur huj. Cap. initium. At hoc loco nulla mentio fit de Ergini sociis; quam quis non intelligat plane abs re fore? Quare vocc. *ἀπ' αὐτῶν* oblitteranda esse censeo.

---

## CAP. XX.

1. *Οὖσαν δὲ καθ' αὑτὴν ἐπισφαλῆ τὴν πρᾶξιν ἐπισφαλεστέραν ἐποίησεν ἁμαρτία τις εὐθὺς ἐν ἀρχῇ συμβᾶσα δι' ἄγνοιαν.*

Oratio tenuior quam pro more Graecorum. In integrum restituamus inserendis particulis, quae excidisse videntur, altera *ἔτ'* ante *ἐπισφαλεστέραν,* qua Comparativus adversus Positivum caret, altera *καὶ* ante *καθ'.* Facile fieri potuit ut hae particulae exciderint ob litterarum similitudinem insequentium.

3. *Ὁ γὰρ οἰκέτης τοῦ Ἀράτου Τέχνων ἐπέμφθη μὲν ὡς μετὰ τοῦ Διοκλέους κατασκεψόμενος τὸ τεῖχος,*

Particula *ὡς* hoc loco non quadrat, a magistello laeva manu inserta est; nam conferatur huj. Cap. fin. *ἔπεμψεν εὐθὺς τὸν Ἐργῖνον — δεησόμενον,* supra Cap. V. med. *ἐκπέμπει οἰκέτας — κατασκεψομένους τὸ τεῖχος.* Inde sequitur ut Passive dicendum sit: *πέμπομαι κατασκεψόμενος.* Expungendum igitur *ὡς.*

31. *Ἐλθόντα δ' αὐτὸν οὐκέτι διῆκαν, ἀλλὰ δήσαντες ἐφύλαττον ἐν οἰκίσκῳ κατακεκλεισμένον·*

Verbum *διῆκαν* hoc loco minus aptum videtur esse. Corrigendum esse arbitror *ἀφῆκαν* i. e. *missum fecerunt, e manibus emiserunt.* Conferatur infra Cap. XXIII. fin. *Ἀρχέλαον μὲν ἀφῆκεν ὑποχείριον γενόμενον,* Vit. Cat. Min. Pag. 778, C. *Νικίαν δὲ, τὸν οἰκονόμον τῶν βασιλικῶν, ἐλεύθερον ἔπεισε τὴν βουλὴν ἀφεῖναι.*

---

## CAP. XXI.

10. *Ἐνταῦθα δὲ οἱ μὲν ἄλλοι συγκαθίσαντες ὑπελύοντο τὰς κρηπῖδας· οὔτε γὰρ ψόφον ποιοῦσι πολὺν οὔτ' ὀλισθήματα λαμβάνουσι γυμνοῖς τοῖς ποσὶν ἀντιλαμβανόμενοι τῶν κλιμάκων·*

Primum corrigendum esse mihi videtur *Ἐνταῦθα δὴ* i. e. *Tum vero,* Vide quae adnotavi ad Cap. IX, 1. — Deinde quidni Sintenis recepit, quod Schaeferus rectissime monuit legendum esse *λαμβάνουσιν οἱ γυμνοῖς τοῖς ποσὶν ἀντιλαμβανόμενοι.*

17. *καὶ κατὰ σπουδὴν ὁ Ἄρατος ὑπερβιβάσας ἑκατὸν ἄνδρας, τοὺς δ' ἄλλους ἕπεσθαι κελεύσας ὡς ἂν δύνωνται τάχιστα, τὰς κλίμακας ἀναρπάσας ἐχώρει διὰ τῆς πόλεως μετὰ τῶν ἑκατὸν ἐπὶ τὴν ἄκραν.*

Quis haec absurda intelligat? Locus corruptela laborat. Qui dum enim Aratus potuit, trajectis centum viris, ceteros hortari ut sequerentur, quum *scalis sursum raptis* cum illis centum viris procederet. Sed loco ut sanus evadat, medicinam faciamus inserenda inter vocc. *τάχιστα* et *τὰς* particula *καὶ*, quae omissa fortasse ansam dedit corruptelae *ἀναρπάσας* pro quo participio legatur Infinitivus *ἀναρπάσαι*. Scribamus igitur, transpositis secundum vulgatam l. verbis *ἕπεσθαι κελεύσας, τοὺς δ' ἄλλους κελεύσας ἕπεσθαι ὡς ἂν δύνωνται τάχιστα καὶ τὰς κλίμακας ἀναρπάσαι, ἐχώρει κτέ.*

21. *Καί πως ἔτι πρόσωθεν αὐτοῖς ἀπήντα σὺν φωτὶ φυλακὴ τεσσάρων ἀνδρῶν οὐ καθορωμένοις· [ἔτι γὰρ ἦσαν ἐν τῷ σκιαζομένῳ τῆς σελήνης·] ἐκείνους δὲ προσιόντας ἐξ ἐναντίας καθορῶσι.*

Quae uncis inclusi Interpolatoris manum arguunt. Prorsus enim abundant, quia modo jam legimus *ἀνέδραμε νέφη καὶ κατέσχε τήν τε πόλιν αὐτὴν καὶ τὸν ἔξω τόπον ἐπίσκιον γενόμενον.* Quid quod *ἡ φυλακὴ σὺν φωτὶ ἀπήντα?* Tum vide ut constructio et concinnitas pessumdetur si ista accipias genuina; *καθορῶσι* enim Interpres vertit *conspiciebant*, et profecto post hanc parenthesin est quod Imperfectum *καθεωρῶντο* requiras; verum est participium respondens part. *καθορωμένοις* referendumque ad pronomen *αὐτοῖς*, a quo nimium ista interpolatione divulsum

factum est ut minus perspiceretur. Insipidum igitur Interpolatoris additamentum ejeceris, cetera expedita et concinna habebis.

29. *ἥ τε πόλις ἐξανίστατο πρὸς τὰ γινόμενα πλήρεις τ' ἦσαν οἵ τε στενωποὶ διαθεόντων.*

Quid Sintenis tertium *τε* in textum rursus recepit, quod jam Schaeferum video recte ejecisse; quod quis non videat vacare? —

---

CAP. XXII.

3. *ἀλλ' ἀποπλανώμενος τοῦ τρίβου παντάπασιν ἐνδεδυκότος καὶ περισκιαζομένου ταῖς τραχύτησι καὶ διὰ πολλῶν ἑλιγμῶν καὶ παραβολῶν περαίνοντος πρὸς τὸ τεῖχος.*

Corrigendum, quod legi malit Reiskius, *περιβολῶν. περιβολαί* sunt *anfractus*, conferatur Vit. Lucull. Pag. 505, A. *κύκλον τινὰ καὶ περιβολὴν ἔχουσαν — ὁδόν. — παραβολαί* non sunt *flexiones* ut Schaeferus explicat, conferatur Moral. Pag. 40, D. et Pag. 1094, B.

6. *Εἶτα θαυμάσιον οἷον ἡ σελήνη λέγεται διαστέλλουσα τὰ νέφη καὶ ὑπολαβοῦσα τῆς ὁδοῦ τὸ χαλεπώτατον σαφηνίζειν,*

Pro verbo *ὑπολαβοῦσα* reponendum videtur, quod recte Schaeferus jam e Codice *x* in textum recepit, *ὑπολάμπουσα* i. e. *interlucens.* Quid aptius hoc loco? Sed quod alii Vulgatam tuentes conferunt Vit. Artaxerx. Cap. 29, med. *τὴν αὐλαίαν ὑπολαβών,* id minus ad rem. Ibi enim *ὑπολαμβάνειν,* si accurate vim praepositionis in composito

perpenderis, collatis praecedentibus *κατεκάλυψεν αὐλαίᾳ τὰς θύρας*, significat *tollere*. Quid huc? Deinde quorsum diversa tempora *διαστέλλουσα* et *ὑπολαβοῦσα*? —

10. *Οἱ δὲ περὶ τὰς πύλας ἔξω περὶ τὸ Ἡραῖον ἀπολειφθέντες [τοῦ Ἀράτου στρατιῶται] τριακόσιοι τὸ πλῆθος ὄντες, ὥς ποτε παρεισέπεσον εἰς τὴν πόλιν*

Primum duplex *περὶ* offendit. Pro altero legendum esse conjicio *παρά*. Conferatur supra Cap. XXI. init. *ἦγε πρὸς τὰς πύλας παρὰ τὸ Ἡραῖον.*, Xenoph. Anab. VII, 2, 11. *τὸ δ' ἄλλο στράτευμα πᾶν ἐν τῷ αὐτῷ παρὰ τὸ τεῖχος τῶν Περινθίων ἦν.* Frequens est permutatio praepositionum *παρά* et *περί* in Codicibus, conferatur not. ad huj. Cap. initium. Deinde vocabula quae uncis inclusi ejicias, quae a magistello margini adscripta iniquo loco in textum irrepsisse videntur. Quae si addenda essent, jure suum locum inter *Οἱ δὲ* et *περὶ* occuparent.

32. *Οἱ δ' εὐθὺς ἐκέλευον ἡγεῖσθαι· καὶ προςβαίνοντες ἅμα φωνῇ διεσήμαινον ἑαυτοὺς ἐπιθαρρύνοντες τοὺς φίλους· ἥ τε πανσέληνος ἀπέφαινε τὰ ὅπλα πλείονα φαινόμενα τοῖς πολεμίοις διὰ τὸ μῆκος τῆς πορείας καὶ τὸ τῆς νυκτὸς ἠχῶδες τὸν ἀλαλαγμὸν ἀπὸ πολλαπλασιόνων ἢ τοσούτων ἐποίει δοκεῖν φέρεσθαι.*

Locus hic mendis scatet, quae tollere tentemus. Primum pro *προςβαίνοντες* legendum videtur *προβαίνοντες*; conferatur enim supra Cap. VII. init. *εἰς Νεμέαν προῆγεν, προῆγεν ἐπὶ τὴν πόλιν*; verbo *ἡγεῖσθαι* autem, quod fere idem valet ac *προάγειν*, respondet *τὸ προβαίνειν*. — Deinde Sintenis minus recte videtur, auctore Corae,

Imperfectum *ἀπέφαινε* in textum recepisse. Supra enim huj. Cap. init. legimus *ἐκεῖ δὲ πάλιν συνεσκίασε καὶ ἀπέκρυψε* (*ἡ σελήνη*) *νεφῶν συνελθόντων*. Nihil jam deinde mentionis factum est lunam relucere. Fieri autem potuit ut brevi momento relaxerit. Quare restituendum, quod omnes libri exhibent, Aoristum *ἀπέφηνε*. Atque ita cacophonia *ἀπέφαινε* — *φαινόμενα* evitatur. — Tum *ἢ τοσούτων* perspicue latet in ipso Comparativo *πολλαπλασιόνων*; cur hic completur comparatio, ad paullo superius *πλείονα* non completur? Scioli igitur additamentum ejicias. — Postremo *ἀλαλαγμὸν φέρεσθαι* non Graecum est; corrigendum esse arbitror *γενέσθαι*, quam emendationem egregie confirmat id, quod legitur Vit. Cat. Min. Pag. 786, A. *τηλικοῦτον ἀλαλαγμὸν γενέσθαι καὶ τοσοῦτον κίνημα τῆς στρατιᾶς ἐπαρθείσης, ὥστε πάντας ἐλπίδων μεστοὺς ἐπὶ τὸν κίνδυνον ὁρμῆσαι τοὺς ἡγεμόνας.*

38. *Τέλος δὲ συνερείσαντες ἔξωθοῦσι τοὺς πολεμίους καὶ καθυπέρτεροι τῆς ἄκρας ἦσαν καὶ τὸ φρούριον* *ε ἶ χ ο ν* *ἡμέρας ἤδη* *δ ι α υ γ ο ύ σ η ς*, *ὅ τε ἥ λ ι ο ς ε ὐ θ ὺ ς ἐ π έ λ α μ π ε τ ῷ ἔ ρ γ ῳ* *καὶ παρῆν ἐκ Σικυῶνος ἡ λοιπὴ δύναμις τῷ Ἀράτῳ, δεχομένων κατὰ πύλας τῶν Κορινθίων προθύμως καὶ τοὺς βασιλικοὺς συλλαμβανόντων.*

*καὶ τὸ φρούριον εἶχον* vertamus verba verbis: *et praesidium habebant.* Num *habebant*? Immo vero *ceperunt*. Legendum esse igitur conjicio pro *εἶχον εἷλον*. Saepius litterae *χ* et *λ* commutantur, conferatur Hirschigii Adnot. ad Aristoph. Pac. vs. 214. — Deinde pro *διαυγούσης* scribendum videtur *διαυγώσης*. Verba enim, quae a nominibus primae declinationis in *α* et *η* exeuntibus de-

rivantur, terminantur in *αω*, ut *τόλμα τολμάω*, *χολή χολάω*, cet., et conferatur Dion. Halic. V, 49. *ἡμέρας διαυγώσης*. — Vocabula *ἡμέρας ἤδη διαυγώσης, ὅ τε ἥλιος εὐθὺς ἐπέλαμπε τῷ ἔργῳ* magnae offensioni fuerunt idque merito. Schaeferus malit...... *διαυγούσης. Καὶ ὅ τε ἥλιος*...... Sintenis pro imperio...... *εἶχον. Ἡμέρας δ' ἤδη*...... Nihil proficiunt; ipsam enim difficultatem non tangunt, non tollunt. Quis vero est quin videat, nisi forte hic solis ortum describi vult, *ἡμέρας ἤδη διαυγώσης* et *ὅ τε ἥλιος*...... *ἐπέλαμπε τῷ ἔργῳ* idem fere valere; itaque unum aut alterum supervacaneum esse arbitror. Quodsi vero concinnitati consulens illud intactum relinquas (etenim conferatur supra Cap. VIII. fin. *καὶ συνδραμόντων πανταχόθεν ἡμέρα μὲν ὑπέλαμπεν ἤδη*) hoc autem *ὅ τε ἥλιος εὐθὺς ἐπέλαμπε τῷ ἔργῳ*, quod frigidum est, quippe librarii manu insertum, ejicias et punctum ponas post *διαυγώσης*: quid dilucidius requiras? Locus igitur ita constituatur: *καὶ τὸ φρούριον εἷλον ἡμέρας ἤδη διαυγώσης. Καὶ παρῆν ἐκ Σικυῶνος ἡ λοιπὴ δύναμις κτέ.*

---

## CAP. XXIII.

1. *Ἐπεὶ δ' ἀσφαλῶς ἐδόκει πάντ' ἔχειν, κατέβαινεν εἰς τὸ θέατρον ἀπὸ τῆς ἄκρας,*

*ἀπὸ τῆς ἄκρας!* De quonam alio loco descendisset? Haec sunt magistelli *τὸ κατέβαινεν* explicantis, quae tam clare ipsa apparent ut addita frigeant. Ejiciantur igitur ista.

9. *Τῶν δ' ἀνθρώπων ἅμα τῷ προσελθεῖν αὐτὸν ἐκχυθέντων ταῖς φιλοφροσύναις μεταλαβὼν εἰς τὴν δεξιὰν*

*τὸ δόρυ καὶ τὸ γόνυ καὶ το σῶμα τῇ ῥοπῇ μικρὸν ἐγκλίνας καὶ ἀπερεισάμενος εἱστήκει πολὺν χρόνον σιωπῇ δεχόμενος αὐτῶν τοὺς κρότους.*

Quam ocissume ex antecedentibus *εἰς μέσον προῆλθε* corrigendum *προελθεῖν*. Mirum quantum quum in ceteris praepositionibus tum in *πρός* et *πρό* peccatum est; conferatur supra not. ad Cap. XXII, 32, 10. — Coraes de suo dedit *ἐπερεισάμενος*, sed recte libri dant *ἀπερεισάμενος* quod refertur ad *μεταλαβὼν εἰς τὴν δεξιὰν τὸ δόρυ* cui *adnixus est ita ut manus ab hasta penderet.* Utriusque praepositionis propriam vim in hoc composito videas, si conferas Archimel. I, Append. Anthol. Palat. 15. *πείσμασιν ἀγκύρας ἀπερείδεται ναῦς* et Aristoph. Eccles. vs. 277. *ταῖς βακτηρίαις ἐπερειδόμενοι* (h. e. *innitentes*) *βαδίζετε.*

## CAP. XXIV.

20. *Οὕτω δ' ἴσχυσεν ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς, ὥςτ', εἰ μὴ κατ' ἐνιαυτὸν ἐξῆν, παρ' ἐνιαυτὸν αἱρεῖσθαι στρατηγὸν αὐτὸν, ἔργῳ δὲ καὶ γνώμῃ διὰ παντὸς ἄρχειν.*

Quod libri omnes exhibent *εἰ μὴ κατ' ἐνιαυτὸν ἐξῆν* parum sanum videtur esse. Quid autem scriptor voluerit patet: *quia jus non erat quemquam quotannis praetorem creari.* Revocandum igitur quod Coraes de suo dedit *ἐπεὶ* pro *εἰ.* Quodsi etiam *μὴ* in in *οὐ* mutasset et sensui et graecitati satisfecisset.

## CAP. XXV.

10. *παραξιφίδας ἐνέγραψεν εἰς σάγματα· καὶ ταῦτα*

*περιθεὶς ὑποζυγίοις σκεύη τινὰ παρημελημένα κομίζουσιν εἰς Ἄργος ἀπέστειλε.*

*περιθεὶς* exhibent Codices P. A. B. D. C. I., pro quo verb. Reiskius et Schaeferus, auctore Bryano, minus recte dederunt *ἐπιθεὶς*. Clitellae (*σάγματα*) enim loris ventri subligabantur. Conferatur Homericum (Odd. II, 3) *περὶ δὲ ξίφος ὀξὺ θέτ' ὤμῳ.*

25. *ἀνεχώρησεν ἔγκλημα κατεσκευακὼς τοῖς Ἀχαιοῖς, ὡς ἐν εἰρήνῃ πόλεμον ἐξενηνοχόσι.*

Ne quis forte dubitet an pro participio *ἐξενηνοχόσι* perfectum Indicativi *ἐξενηνόχασι*, quod in duobus Codicibus P. I. legitur, scribendum sit, apponam exempla e Cap. XXVIII, init. *αἰτίαν ἔσχεν ὡς ἐγκαταλιπὼν τὸν ἀγῶνα* et Cap. XXXV, med. *τοῦ μὲν Ἀράτου κατηγόρει πρὸς Ἀριστόμαχον ὡς δυσμενῶς καὶ ἀδιαλλάκτως ἀεὶ πρὸς τοὺς τυράννους ἔχοντος.*

36. *Διὸ καὶ βούλομαι τὸν λόγον ἐπιστήσας ἐνταῦθά που διεξελθεῖν περὶ τῆς Ἀριστίππου διαίτης,*

*ἐνταῦθά που* i. e. *hic fere.* At quis est quin sentiat *τό που* absurde hoc loco *τῷ ἐνταῦθα* adjunctum esse? Nempe Plutarchus opportune *hic* de Aristippi vitae ratione mentionem facere vult, quo magis discrimen eluceat inter ejus et Arati vitam. Pro *ἐνταῦθά που διεξελθεῖν* aliquando mihi in mentem venit legere *ἐνταῦθα ὑποδιεξελθεῖν* quod significet *hic nonnihil breviter interjiciam commemorationis*, quod quamvis aptum sit, tamen rejicio, quia verbum *ὑποδιεξέρχομαι* non exstat. Quid autem pro *που* restituendum sit non video. Fortasse simpliciter ejiciendum.

———

## CAP. XXVI.

5. *τοὺς δ' οἰκέτας, ὁπότε δειπνῆσαι, τάχιστα πάντας ἐξελαύνων*

Corrigendum secundum duos Codices D. C. *δειπνήσειε,* quod est Atticum.

7. *αὐτὸς εἰς οἴκημα κατεδύετο μικρὸν ὑπερῷον θύρᾳ καταρρακτῇ κλειόμενον.*

Ejiciendum voc. *θύρᾳ,* quod a magistello explicationis causa margini adscriptum in textum irrepsisse videtur. Conferatur enim huj. Cap. fin. *καὶ τοὺς καταρράκτας προβαλλομένων ὑπὲρ τῆς τοῦ σώματος ἀσφαλείας* et Vit. Antonii Cap. 76. init. *καὶ τοὺς καταρράκτας ἀφῆκε κλείθροις καὶ μοχλοῖς καρτεροὺς ὄντας·*

---

## CAP. XXIX.

1. *'Ολίγῳ δ' ὕτερον ....... ἤθροισεν ἐκ παραγγέλματος στρατείαν.*

Corrigendum *στρατιάν,* quae est lectio Vulgata.

30. *ἐκτάξας δὲ τὴν δύναμιν καὶ τὸ σύνθημα παρεγγυήσας καὶ πυθόμενος τῶν ὑποστρατήγων καὶ λοχαγῶν, μή τις αὐτοῦ χρεία παρόντος (βεβλῆσθαι γὰρ τοὺς ἀστραγάλους), ἀπέρχοιτο καραδοκήσων πόρρωθεν τὸ συμβησόμενον.*

Sententia intermedia *βεβλῆσθαι γὰρ τοὺς ἀστραγάλους* tam absurda est, tantopere Interpolatoris manum olet, ut mirer usque adhuc receptam esse. Equidem Plutarcho abjudico. Qui enim potuit Aratus utroque pede vulne-

ratus *ἀπέρχεσθαι*? Monstrum mirandum, quod Aratum utroque talo saucium feceris! —

34. *Ταῦτα γὰρ οὕτως ἴσχυσεν, ὥστε καὶ τοὺς φιλοσόφους ἐν ταῖς σχολαῖς ζητοῦντας κτἑ.*

Particula *γὰρ* hic vacat; nihil enim rationis affertur. Pro *γὰρ* corrigendum videtur *δ'*, quae particulae saepe in Codicibus commutantur; oratio enim continuatur, praecedentibus novi quid subjungitur.

---

## CAP. XXX.

5. *ἀλλ' ἐπαρθεὶς ἔρωτι δόξης ἔτι νέος καὶ λόγους ψευδεῖς καὶ κενοὺς λεγομένους περὶ τυραννίδος....... παραδεξάμενος ἀνοήτως,*

Inserendum esse censeo post voc. *νέος* participium *ὤν*, quod librarius dormitans praetermisisse videtur. Vide in vit. Galbae pag. 1057, F. *Ἔτι γὰρ ὢν νέος καὶ στρατευόμενος ὑπὸ Καλβισίῳ Σαβίνῳ τὴν πρώτην στρατείαν ἀκόλαστον οὖσαν τὴν γυναῖκα τοῦ ἡγεμόνος παρεισήγαγε κτἑ.* in Vit. Artax. pag. 1024, D. *Ὁ δ' Ἀρτοξέρξης ἤδη πρεσβύτερος ὢν κτἑ.*

20. *καὶ τό γε δεύτερον ὁ Λυδιάδης στρατηγὸς ᾑρέθη, ἀντιπράττοντος ἄντικρυς Ἀράτου καὶ σπουδάζοντος ἑτέρῳ παραδοθῆναι τὴν ἀρχήν. [Αὐτὸς μὲν γάρ, ὡς εἴρηται, παρ' ἐνιαυτὸν ἦρχε.] Μέχρι μὲν οὖν τρίτης στρατηγίας ὁ Λυδιάδης εὖ φερόμενος διετέλει καὶ παρ' ἐνιαυτὸν ἦρχεν ἐναλλὰξ τῷ Ἀράτῳ στρατηγῶν.*

Verba, quae uncis inclusi, reddamus cui debentur librario, qui ea margini fortasse adscripta in textum recepisse

videtur. Ex quo enim Plutarchus nos monuit (supra Cap. XXIV. med.) Aratum alternis annis praetorem esse factum, idque nobis in animo infixit legem commemorando, ex qua non licebat cuiquam praeturam continuari: inde clare animis usque obversatur. Satis autem quae sequuntur *Λυδιάδης παρ' ἐνιαυτὸν ἦρχεν ἐναλλὰξ τῷ Ἀράτῳ στρατηγῶν*, si forte cuipiam ex animo effluxisset, illud admonerent. Quod igitur disertis verbis hic iterare supervacaneum est. Accedit quod particula *μὲν* post *Αὐτὸς* vacat. — Deinde articulus *τῆς* ante *τρίτης στρατηγίας* inseratur, quod monuisse sat est.

29. *Καὶ καθάπερ τῷ κόκκυγι φησὶν Αἴσωπος ἐρωτῶντι τοὺς λεπτοὺς ὄρνιθας, ὅ τι φεύγοιεν αὐτὸν, εἰπεῖν ἐκείνους, ὡς ἔσται ποτὲ ἱέραξ, οὕτως ἔοικε τῷ Λυδιάδῃ παρακολουθεῖν ἐκ τῆς τυραννίδος ὑποψία βλάπτουσα τὴν φύσιν αὐτοῦ τῆς μεταβολῆς.*

*φύσιν*] *πίστιν* Cod. *x* (Xylander: ,fidem mutationi') nuperi, immemores comparationis. Haec Sintenis adnotat ipse immemor comparationis. Nempe comparatio est haec: Quemadmodum aviculae fidem non habebant cuculo, quem aliquando accipitrem futurum esse opinarentur, sic Achaei Lydiadae non fidebant, vel fiduciam ejus mutationis non habebant, quem aliquando tyrannum rursus evasurum esse suspicarentur. Reponendum igitur *πίστιν*.

---

## CAP. XXXI.

1. *Ὁ δ' Ἄρατος εὐδοκίμησε καὶ περὶ τὰς Αἰτωλικὰς πράξεις, ὅτε συμβαλεῖν μὲν αὐτοῖς πρὸ τῆς Μεγαρικῆς*

*ὡρμημένων τῶν Ἀχαιῶν καὶ τοῦ βασιλέως τῶν Λακεδαιμονίων Ἄγιδος ἀφικομένου μετὰ δυνάμεως καὶ συνεξορμῶντος ἐπὶ τὴν μάχην τοὺς Ἀχαιοὺς ἐναντιωθεὶς καὶ πολλὰ μὲν ὀνείδη, πολλὰ δ' εἰς μαλακίαν καὶ ἀτολμίαν καὶ σκώμματα καὶ χλευασμὸν ὑπομείνας οὐ προήκατο κτἑ.*

Primum corrigendum, transpositis vocabulis *συμβαλεῖν μὲν*, *ὅτε μὲν συμβαλεῖν*; opponitur enim paullo inferius *Ὡς μέντοι παρελθόντες*. — Deinde particulae *καὶ*, altera ante *συνεξορμῶντος* altera post *ἀτολμίαν*, ejiciantur; perspicuitati enim obsunt admissae, prosunt omissae.

23. *Καὶ γενομένης ἐκπλήξεως, οἵαν εἰκὸς ἐν ἀταξίᾳ τοιαύτῃ, πρὶν ἢ πάντας πυθέσθαι τὸν κίνδυνον οἱ πρῶτοι περὶ τὰς πύλας τοῖς Ἀχαιοῖς καὶ τὰ προάστεια συμπεσόντες ἔφευγον κτἑ.*

Pro *τοιαύτῃ* legendum videtur *τοσαύτῃ*. — Porro vocabula *τοῖς Ἀχαιοῖς* postponantur vocabulo *προάστεια*, ut ne ea quae cohaereant frustra et sine causa distrahantur, neve constructione disturbata perspicuitas minuatur. Praepositio enim *περί* etiam pertinet ad vocc. *τὰ προάστεια*, quae igitur ad *τὰς πύλας* adjungantur.

---

## CAP. XXXV.

1. *Ὁ δ' Ἄρατος ἐξεργαζόμενος τὴν παλαιὰν ὑπόθεσιν καὶ δυσανασχετῶν τὴν ἐν Ἄργει τυραννίδα γειτνιῶσαν αὐτοῖς ἔπειθε πέμπων τὸν Ἀριστόμαχον εἰς μέσον θεῖναι καὶ προςαγαγεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς τὴν πόλιν κτἑ.*

Pronomen *αὐτοῖς* hic perverse antecedit nomini *τοῖς Ἀχαιοῖς*. Locos inter se permutare deberent, nisi sim-

pliciter pron. *αὐτοῖς*, quippe scioli additamentum, ejiciendum esset, quum ad verb. *γειτνιῶσαν* per se jam intelligatur, quia praecedit *Ὁ δ' Ἄρατος, τῷ Ἀράτῳ* vel *τοῖς Ἀχαιοῖς.* Vide vit. Romuli pag. 20. E. *ἐν ταῖς περὶ νομὰς καὶ κυνηγίας πρὸς τοὺς γειτνιῶντας ἐπιμιξίαις.* Vit. Ciceronis pag. 870, B. *ὁ Κικέρων...... προπεμφθεὶς παρῆλθεν εἰς οἰκίαν φίλου γειτνιῶντος.*

7. *Ὑπακούσαντος δὲ τοῦ Ἀριστομάχου καὶ κελεύσαντος αὐτῷ πεντήκοντα τάλαντα πέμψαι τὸν Ἄρατον, ὅπως ἀπαλλάξῃ καὶ διαλύσηται κτέ.*

Corrigendum *ὅπως ἀπαλλάξει καὶ διαλύσεται.* Conferatur Not. ad Cap. XIX. 15.

17. *Ἀντειπόντος μὲν γὰρ αὐτοῦ δι' ὀργὴν ἀπήλασαν τοὺς περὶ τὸν Ἀριστόμαχον· ἐπεὶ δὲ συμπεισθεὶς πάλιν αὐτὸς ἤρξατο περὶ αὐτῶν διαλέγεσθαι παρών, πάντα ταχέως καὶ προθύμως ἐψηφίσαντο κτέ.*

Schaeferus, *δι' ὀργήν*, inquit, junge cum sequentibus. Nos vero cum antecedentibus adseveramus jungendum esse; ira enim in causa erat ut contradiceret; alioqui suam rem et utilitatem communem non deseruisset ac prodidisset. — *παρών*? Quasi vero Aratus ante, quum contradixit, non adfuerit. Corrigendum puto, una littera inserta, *παριών*, quod aptissimum hoc loco. Oratores enim vel magistratus, qui prodeunt ad dicendum, dicuntur *παριέναι.* Exempla accedant manifesta vit. Pompeji pag. 648, B. *ὑπὲρ δὲ Πομπηΐου πολλοὶ τῶν φίλων ἀπελογοῦντο παριόντες.* vit. Pericl. pag. 155, F. *οὐκ ἐπὶ παντὶ πράγματι λέγων, οὐδ' ἀεὶ παριὼν εἰς τὸ πλῆθος.*

25. *Ὁ δ' ἔγραφε μὲν αὐτῷ τὴν στρατείαν ἀπαγορεύων καὶ τῷ Κλεομένει θράσος ἔχοντι καὶ παραβόλως αὐξανομένῳ συμπλέκεσθαι τοὺς Ἀχαιοὺς μὴ βουλόμενος,*

Ejiciendum *καὶ* post *ἀπαγορεύων*, quod Sintenis malit quidem abesse, non vero delere ausus est; *μὴ βουλόμενος κτέ.* enim causam continent *τοῦ ἀπαγορεύειν.* Etiam clarius appareat istud *καὶ* interpolatoris esse, si phrasin *ἔγραφεν ἀπαγορεύων* in aliam, quae idem valeat, convertamus e. c. *δι' ἐπιστολῆς ἀπηγόρευε.*

## CAP. XXXVI.

1. *Ἐν ταύτῃ τῇ στρατηγίᾳ περὶ τὸ Λύκαιον ἡττηθεὶς ὑπὸ τοῦ Κλεομένους ἔφυγε·*

Graecitas hic postulat ad narrationem continuandam particulam *δέ*, quae inter *ταύτῃ* et *τῇ* suum locum reciperet, unde incuria librarii excidit. Vide supra Cap. XXXII. init. *Ἐν τούτῳ δὲ τῷ ταράχῳ μία τῶν αἰχμαλώτων κτέ.*

4. *ἀνασωθεὶς δὲ καὶ τοὺς στρατιώτας συναγαγὼν οὐκ ἠγάπησεν ἀσφαλῶς ἀπελθεῖν,*

Verba, quae animi affectionem indicant, cum Participio construi amant. Corrigendum igitur hic *ἀπελθών.* Accedant exempla manifesta vit. Alcibiad. pag. 211, D. *ὁ δ' ἠγάπα νενικηκὼς καὶ οὐκ ἀντανήγετο,* vit. Pauli Aem. pag. 258, F. *καὶ τυχὼν ἐπιτιμήσεως μετρίας ἠγάπησεν.* Moral. pag. 82, A. *τὸ δ' ἑαυτὸν ἁμαρτάνοντα παρέχειν τοῖς ἐλέγχουσι, καὶ τὸ πάθος λέγειν καὶ τὴν μοχθηρίαν ἀποκαλύπτειν, καὶ μὴ χαίρειν λανθάνοντα, μηδ' ἀγαπᾶν ἀγνοούμενον κτέ.*

8. *καὶ τὴν πόλιν ἑλὼν φρουρὰν ἐνέβαλε καὶ τοὺς μετοίκους πολίτας ἐποίησεν αὐτῶν καὶ μόνος ἃ νικῶντες οὐκ ἂν ῥᾳδίως ἔσχον ἐκτήσατο νενικημένοις τοῖς Ἀχαιοῖς.*

Vitiosum vocabulum *μόνος* a librario corruptum est. Pro quo restituendum esse conjicio *ὅλως omnino*. Ita recte procedit oratio. *et omnino quae victores non facile obtinuissent peperit victis*. Omnia, ne longius faciat, paucis Noster complectitur. Sic infra Cap. XXXIX. fin. *Εἶτ' εὐθὺς Ἀργεῖοι προσεχώρησαν αὐτῷ καὶ Φλιάσιοι φρουρὰν ἐδέξαντο· καὶ ὅλως οὐδὲν ἔτι τῶν ἐπικτήτων βέβαιον ἦν τοῖς Ἀχαιοῖς.* — Ponas et hic punctum minus ante *καὶ ὅλως*.

---

CAP. XXXVII.

19. *Ἐκεῖ δὲ συνελθόντες ἐψηφίσαντο μὴ διδόναι χρήματα αὐτῷ μηδὲ μισθοφόρους τρέφειν, ἀλλ' αὐτῷ πορίζειν, εἰ δέοιτο πολεμεῖν.*

Oratio recta esset: *οὐ δίδομέν σοι χρήματα.... ἀλλ' αὐτὸς πόριζε.* Inde sequitur ut in oratione obliqua hic corrigendum sit *ἀλλ' αὐτὸν πορίζειν.*

---

CAP. XXXVIII.

5. *ἐν ᾗ (μάχῃ) κρατήσας τριακοσίους μὲν ἀπέκτεινε, ζῶντα δὲ τὸν Μεγιστόνουν συνέλαβεν.*

Corrigendum *ἔλαβεν*. Vide Vit. Pauli Aem. pag. 259, C. *καὶ ζῶντας ἄλλους ἑξακοσίους ἔλαβε.* Vit. Agid. et Cleom. pag. 807, A. *συχνοὺς δ' ἀνεῖλε καὶ ζῶντας ἔλαβε.* Vit. Marcelli pag. 312, B. *καὶ τοὺς φυλάττοντας Ἀννίβου στρατιώτας τρισχιλίους ὄντας ἔλαβεν. Λαμβάνειν* enim signi-

ficat *capere; συλλαμβάνειν* autem *prehendere, manum alicui injicere.* Vide Antonii vit. pag. 950, B. *καὶ συλλαβὼν αὐτὸν ἐμαστίγωσεν.* Moral. pag. 170, A. *καὶ συλλαβὼν ἀποτυμπανιεῖ τὸ παιδίον,* Ibid. pag. 168, E. *Τὸν Τηρίβαζον φασὶν ὑπὸ τῶν Περσῶν συλλαμβανόμενον σπάσασθαί τε τὸν ἀκινάκην...... μαρτυρομένων δὲ καὶ βοώντων ὅτι συλλαμβάνουσιν αὐτὸν βασιλέως κελεύσαντος, αὐτίκα τὸ ξίφος καταβαλεῖν.* — Vitiosum hic *συν* originem debet praecedentis nominis exitui *ουν.* Conferatur Adnot. ad Cap. III. 1.

9. *Ἐδόκει δ' ἡ μὲν πρὸς τοὺς ὄχλους ὀργὴ πρόφασις εἶναι λεγομένη τῆς ἐξωμοσίας ἀπίθανος, αἰτία δ' ἀληθὴς τὰ περιεστῶτα τοὺς Ἀχαιούς,*

In hisce periit antithesis; quam restituamus corrigendo *πιθανὸς* i. e. verisimilis, probabilis. Vide supra Cap. XXXIII. med. *Οὐ μὴν δοκεῖ πιθανῶς* (probabiliter) *ἀπολογεῖσθαι.* Moral. pag. 437, D. *Εἰ δὲ τοῦτο μὴ δοκεῖ πιθανὸν, ἀλλά γε....... ὁμολογήσετε.* Plat. Legg. VII. pag. 791, B. *ταῦτα πιθανὸν λόγον ἔχει τινά.* Ita bene sibi opponuntur *praetextus probabilis* (etenim videmus ejus praetextum nequaquam improbabilem fuisse) et *causa vera.*

24. *μηδ' οὓς αὐτὸς ἐν ταῖς πράξεσι καταστρατηγῶν καὶ καταπολιτευόμενος, ἐν δὲ τοῖς ὑπομνήμασι λοιδορῶν διετέλει, τούτους ἐπάγεσθαι κτέ.*

Inserendum *μὲν* inter vocc. *ἐν* et *ταῖς.* Nam *πράξεις* et *ὑπομνήματα* acriter sibi opponuntur. Conferatur Adnot. ad Cap. X, 8.

27. *Εἰ δὲ Κλεομένης ἦν, λεγέσθω γὰρ οὕτως, παράνομος καὶ τυραννικὸς, ἀλλ' Ἡρακλεῖδαι πατέρες αὐτῷ καὶ Σπάρτη πατρίς,*

Incuria librarii excidisse videtur particula *γέ* in apodosi, quam interseras inter *Ἡρακλεῖδαι* et *πατέρες*. Nam quod illa vi sua antecedentia aliquatenus concedit, sequentia vero urguet, ideo magnopere hic desideratur. Vide Moral. pag. 437, D. *Εἰ δὲ τοῦτο μὴ δοκεῖ πιθανὸν, ἀλλά γε τὴν Πυθίαν αὐτὴν ἐν πάθεσι καὶ διαφοραῖς ἄλλοτε ἄλλαις ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς ψυχῆς ἴσχειν ᾧ πλησιάζει τὸ πνεῦμα, καὶ μὴ μίαν ἀεὶ κρᾶσιν, ὥσπερ ἁρμονίαν ἀμετάβολον ἐν παντὶ καιρῷ διαφυλάττειν ὁμολογήσετε.*

34. *Ἀντίγονος δὲ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν αὐτοκράτωρ ἡγεμὼν ἀναγορευθεὶς οὐχ ὑπήκουσε πρὶν τὸν μισθὸν αὐτῷ τῆς ἡγεμονίας ὁμολογηθῆναι τὸν Ἀκροκόρινθον,*

Nempe *μισθόν* appositio est ad *τὸν Ἀκροκόρινθον*. Ejiciatur igitur articulus *τὸν* ante *μισθόν*. Vide infra exempla Cap. XLII. fin. *τὴν οἰκίαν τῷ Κλεομένει δωρεὰν ἔδωκαν.* Cap. XLIV. fin. *ἔπεισεν αὐτοὺς Ἀντιγόνῳ τά τε τῶν τυράννων καὶ τὰ τῶν προδοτῶν χρήματα δωρεὰν δοῦναι.* Vit. Dionis Cap. LIV. med. *καὶ τάλαντα προςλαβὼν εἴκοσι τοῦ φόνου μισθὸν παρὰ τῶν πολεμίων.*

## CAP. XL.

5. *Ἐπὶ τούτους ἐξουσίαν ἀνυπεύθυνον ὁ Ἄρατος λαβὼν τοὺς μὲν ἐν Σικυωνίᾳ ἐφθαρμένους ἀπέκτεινε,*

Recte Sintenis pro *ΣΙΚΥΩΝΙΑΙ ΕΦΘΑΡΜΕΝΟΥΣ*

conjecit legendum esse *ΣΙΚΥΩΝΙ ΔΙΕΦΘΑΡΜΕΝΟΥΣ.* At quidni hanc emendationem in textum recipere ausus est?

---

## CAP. XLI.

15. *ἰδίᾳ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔπεμψε Τρίπυλον καὶ πάλιν Μεγιστόνουν τὸν πατρῷον ὑπισχνούμενος ἄλλα τε πολλὰ καὶ δώδεκα τάλαντα σύνταξιν ἐνιαύσιον, ὑπερβαλλόμενος τῷ ἡμίσει Πτολεμαῖον [ἐκεῖνος γὰρ ἓξ τάλαντα τῷ Ἀράτῳ κατ' ἐνιαυτὸν ἀπέστελλεν].*

Nec *Τρίπυλον* est nomen viri, nec *Τριτύμαλλον*, quod legitur in vit. Cleomenis pag. 813, E., Graecum est nomen. Verum nomen ex Phylarcho petendum esset. — Quae uncis inclusi deprehendi additamentum magistelli explicare gestientis quid sit dimidium duodecim talentorum. Nihil enim novi additur, nihil in istis continetur, quod non antecedentia complectuntur; *ἓξ τάλαντα* enim Ptolemaeum mittere manifestatur ipso voc. *ἡμίσει* anteced., notionem *κατ' ἐνιαυτόν* ipsum voc. *ἐνιαύσιον* antec. comprehendit. Quae quum ita sint, quis est quin mecum ista Plutarcho abjudicet?

---

## CAP. XLIII.

6. *Ἤιδει γὰρ ηὐξημένον ἑαυτὸν ἐξ ὧν ἐκείνους κακῶς ἐποίησε καὶ πρώτην εἰληφότα μεγίστην ὑπόθεσιν τῆς πολιτείας τὴν πρὸς Ἀντίγονον τὸν παλαιὸν ἔχθραν.*

Offendit voc. *παλαιόν*, quod corruptum videtur a librario. Quamvis enim intelligamus quem Antigonum Plu-

tarchus hic indicare voluisset, non tamen satis distincte locutus esset, quia quo cognomine hunc Antigonum a caeteris distinctum novimus, eo carere, quum maxime requiritur in comparatione cum Antigono nepote, eique distinctionis causa aliud verbum adjectum esse, id fere nos cogit ut alium Antigonum intelligamus quam qui vere intelligendus est Antigonus Gonatas. Num autem Plutarchum, quasi haesitasset quomodo avum bene distingueret ab nepote ejusdem nominis, *τὸν παλαιόν* scripsisse putemus, quum ei promptum jaceret *cognomen*? Videamus Polybium in simili causa distincte Antigonum *Gonatam* opponentem Antigono ejus nepoti in Lib. II, 45, 1. 2. *Αἰτωλοὶ καθάπερ καὶ πρότερον τὰς τῶν Ἀχαιῶν ἐπέβαλον πρὸς Ἀντίγονον τὸν Γονατᾶν καὶ τότε, παραπλησίαις ἐλπίσιν ἐπαρθέντες, ἀπετόλμησαν Ἀντιγόνῳ, τῷ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς προεστῶτι Μακεδόνων, κοινωνεῖν.* Restituendum igitur hic conjicio pro *ΠΑΛΑΙΟΝ ΓΟΝΑΤΑΝ.*

18. *Διό, καίπερ ὢν νέος ὁ Ἀντίγονος, ὡς κατενόησε τὴν φύσιν τοῦ ἀνδρὸς μηδὲν ἀργὸν εἰς φιλίαν βασιλικὴν οὖσαν, οὐ μόνον Ἀχαιῶν, ἀλλὰ καὶ Μακεδόνων τῶν σὺν αὐτῷ πάντα χρώμενος ἐκείνῳ διετέλει.*

Pro *μηδὲν* corrigendum videtur *οὐδέν*. Negatio enim non ad participium *οὖσαν*, sed ad adjectivum *ἀργόν* pertinet. Vide Thucyd. II, 3. *πράσσοντες δέ πως ταῦτα κατενόησαν οὐ πολλοὺς τοὺς Θηβαίους ὄντας.* I, 102. *οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἔγνωσαν οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίονι λόγῳ ἀποπεμπόμενοι.* Xenoph. Anabas. V, 6, 29. *ᾔδει γὰρ καὶ ἐμὲ οὐκ ἄπειρον ὄντα διὰ τὸ ἀεὶ παρεῖναι τοῖς ἱεροῖς.* — Pro *πάντα* Reiskius et Coraes dederunt *πάντων μάλιστα*. At voc.

*πάντων* abundat, nec *Μακεδόνων τῶν σὺν αὐτῷ πάντων* Graeca est constructio. Schaeferus ,excidisse' inquit ,quod regat genitivos autecedentes satis apparet.' Pflugkius supplebat *προτιμῶν καὶ* post *αὐτῷ*. At quid faciunt vocabulo *πάντα*? Nobis quidem legendum videtur pro vitioso *ΠΑΝΤΑ ΜΑΛΙCΤΑ*.

24. *καὶ τὸν μάντιν εἰπεῖν, ὡς ταχὺ πρὸς τὰ ἔχθιστα καὶ πολεμιώτατα σύνεισιν εἰς ἄκραν φιλίαν.*

Ejiciendum, auctore Codice B., vocab. *πρὸς*, quod sententiae elegantiam prorsus pessumdat.

26. *Τότε μὲν οὖν παρήνεγκε τὸ ῥηθὲν οὐδ' ἄλλως πολὺ νέμων πίστεως ἱεροῖς καὶ μαντεύμασιν, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ χρώμενος.*

Primum *παρήνεγκε* est verbum quod sensus respuit. Ex contextu vero videmus sensum flagitantem verbum quod significet *neglexit* (quam notionem nunquam verb. *παραφέρειν* complectitur). Corrigendum igitur, tribus litteris *νεγ* deletis, *παρῆκε*. Vide Sophoc. Antig. vs. 1193. *κοὐδὲν παρήσω τῆς ἀληθείας ἔπος*. Trachin. vs. 682. *παρῆκα θεσμῶν οὐδέν*. Plat. Legg. VI. pag. 754, A. *μὴ παρῶμεν αὐτὰ ἄρρητα*. — Deinde voc. *πίστεως*, quod lector quidam Christianus adjecisse videtur, ejiciendum est; Graeca enim phrasis est *πολὺ νέμειν τινί* h. e. multum tribuere alicui. Vide Periclis vit. pag. 152, F. *καὶ πολὺ νέμει ταῖς Μουσαῖς*· Pauli Aem. vit. pag. 264, C. *οὐ μὴν ἀλλὰ τῷ θείῳ πολὺ νέμων, καὶ φιλοθύτης ὤν*. Pelop. vit. pag. 294, D. *οὐδ' ἔλαθε τοὺς ἄλλους πρέσβεις πλεῖστον νέμων ἐκείνῳ*. Vitium etiam indicat minus recte dictum

*πολὺ πίστεως* pro quo Attice scribendum erat *πολλὴν πίστιν*.

32. *καὶ δάπιδος κομισθείσης ἀμφοτέρους ὁμοῦ περιέβαλλον οἱ παῖδες·*

Pro Imperfecto reponendus est Aoristus *περιέβαλον*, quae est lectio vulgata.

---

## CAP. XLV.

5. *ἐψηφίσαντο δ' ἄλλῳ μὴ γράφειν βασιλεῖ μηδὲ πρεσβεύειν πρὸς ἄλλον ἄκοντος Ἀντιγόνου, τρέφειν τε καὶ μισθοδοτεῖν ἠναγκάζοντο τοὺς Μακεδόνας, θυσίας δὲ καὶ πομπὰς καὶ ἀγῶνας Ἀντιγόνῳ συνετέλουν, ἀρξαμένων τῶν Ἀράτου πολιτῶν καὶ δεξαμένων τῇ πόλει τὸν Ἀντίγονον ὑπ' Ἀράτου ξενιζόμενον, ᾐτιῶντο πάντων ἐκεῖνον ἀγνοοῦντες,*

Pro *τε* post *τρέφειν* corrigendum esse *δὲ* et praecedentia et sequentia evincunt. — Ante verbum *ᾐτιῶντο* addendum esse pronomen *ὧν* rectissime Schaeferus vidit et addidit. Quid tandem est quod Sintenis illam emendationem sperneret vel non recipere ausus sit?

21. *τῶν δ' ἄλλων τοὺς μὲν ἀπέδοντο, τοὺς δ' εἰς Μακεδονίαν ἀπέστειλαν πέδαις δεδεμένους,*

Reponendum, quod usus requirit, *ἐν πέδαις*. Vide vit. Niciae pag. 535, E. *τριακοσίους ἔχοντες ἐν πέδαις δεδεμένους ἀπέδωκαν Λακεδαιμονίοις.* Vit. Dionis pag. 962, F. *τὴν μὲν γυναῖκα τοῦ Λεπτίνου δήσας ἐν πέδαις καθεῖρξε.* Homer. Il. E. vs. 386. *δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ.* Herod. I, 66. *ἐν πέδαις ἐδεδέατο.* Plat. Legg. IX. pag.

864, E. ἐν δημοσίῳ δεσμῷ δεθείς. Demosth. XXIV, 146. δεθεὶς ἐν τῷ ξύλῳ.

---

## CAP. XLVIII.

9. *καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῷ πρός τε δύναμιν καὶ πρὸς εὐδοξίαν ἐπιδιδόντων ἐξήρτητο τοῦ ἀνδρὸς, ὡς δι' ἐκεῖνον εὐδοκιμῶν καὶ αὐξόμενος. Ἐδόκει τε πᾶσιν ὁ Ἄρατος οὐ μόνον δημοκρατίας, ἀλλὰ καὶ βασιλείας ἀγαθὸς εἶναι παιδαγωγός.*

Ejiciendum alterum *πρὸς*. Nam vocc. *δύναμιν* et *εὐδοξίαν* per particulas *τὲ καί* ita arcte copulantur, ut una tantum praepositione opus sit, quae ultro ad utrumque refertur. Vide infra Cap. LIV. fin. *ἔν τε τῇ Σικυῶνι καὶ τῇ Πελλήνῃ*. Deinde punctum minus ponatur ante *ἐδόκει τε*.

---

## CAP. XLIX.

3. *ἡ δ' ἔμφυτος κακία τὸν παρὰ φύσιν σχηματισμὸν ἐκβιαζομένη καὶ ἀναδύουσα κατὰ μικρὸν ἀπεγύμνου καὶ διέφαινεν αὐτοῦ τὸ ἦθος,*

Activa forma verbi *ἀναδύομαι* non exstat. Participium Activi *ἀναδύουσα* igitur vitiosum est. Quid autem pro eo restituendum sit, nondum perspicio. — Post *ἀπεγύμνου* requiritur verbum quod fortius sit quam *διέφαινε*. *Διαφαίνειν τὸ ἦθος* significat *facere ut pelluceat* (conf. Xenoph. Memor. III, 10, 5). Vide Agid. et Cleom. pag. 821, A. *τῷ γὰρ ὄντι τοιοῦτον διέφαινεν ἦθος ἐν τοῖς βασιλικοῖς, ὑποβλέπων ἀτρέμα καὶ περισκοπῶν τὰ πραττόμενα.* Vit. Tib. et C. Gracchi pag. 835, A. *ἐπεὶ δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου τόν τε τρόπον ἡσυχῇ διέφαινεν ἀργίας καὶ μα-*

*λακίας καὶ πότων καὶ χρηματισμῶν ἀλλότριον ὄντα.* Vit. Pompeji pag. 619, D. *καὶ τῷ νεαρῷ καὶ ἀνθοῦντι διέφαινεν εὐθὺς ἡ ἀκμὴ τὸ γεραρὸν καὶ τὸ βασιλικὸν τοῦ ἤθους.* *'Εκφαίνειν* autem significat *aperire*, *ostendere*, *detegere*. Vide vit. Romuli pag. 20, D. *ἡ μὲν οὖν ἐν τοῖς σώμασιν εὐγένεια, καὶ νηπίων ὄντων, εὐθὺς ἐξέφαινε μεγέθει καὶ ἰδέᾳ τὴν φύσιν.* Vit. Marcelli pag. 315, F. *οὔτ' ἀπ' ὄψεως τὸ χαῖρον, ὡς ἄν τις ἐργώδη πολέμιον καὶ βαρὺν ἀπεκτονώς, ἐξέφηνεν·* Vit. Gracch. pag. 843, C. *ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἐκφήναντος ὅσον εἶχεν ἱμέρου καὶ πόθου τῶν Γράκχων.* (conf. Arat. vit. Cap. XXXV. med. *'Ενθα δὴ μάλιστα φανερὰν ἐποίησαν οἱ σύνεδροι τῶν 'Αχαιῶν τὴν πρὸς τὸν 'Αρατον εὔνοιαν καὶ πίστιν*). Corrigendum igitur hic *ἐξέφαινε.* Etiam conferatur Adnot. ad Cap. XIII. 19.

10. *Στασιασάντων γὰρ αὐτῶν ὁ μὲν 'Αρατος ὑστέρει βοηθῶν, ὁ δὲ Φίλιππος ἡμέρᾳ πρότερον ἐλθὼν εἰς τὴν πόλιν κτἑ.*

Corrigendum est *πρότερος.* Vide Xenoph. Anab. I, 4, 12. *τοῖς προτέροις μετὰ Κύρου ἀναβᾶσι.* Thucyd. I, 123. *οἱ πρότεροι ἐπιόντες.* Polyb. X, 11, 16. *τοῖς πρώτοις ἀναβᾶσι.* Plat. Legg. III, pag. 698, E. *ὕστεροι ἀφίκοντο τῆς [ἐν] Μαραθῶνι μάχης γενομένης μιᾷ ἡμέρᾳ.* Conf. Buttm. Gr. Gr. § 123. a. 3.

## CAP. L.

29. *εἰσὶ δέ που πολλοὶ καὶ τῶν 'Ακαρνάνων τοῦτο μὲν χερσαῖοι, τοῦτο δ' ἔναλοι τόποι θαυμαστὰς ὀχυρότητας ἔχοντες·*

Reponendum, quod habet Codex C. *ἐνάλιοι.* Haec est Attica forma quae requiritur. Vide vit. Themist. Cap. XV, 17. *ἐνάλιον ἔργον*, vit. Lucull. Cap. XXXIX, 15. *δίαιται ἐνάλιοι.*

## CAP. LII.

11. *εἶτα οὕτως κατὰ μικρὸν εἰς φθορὰν περαινόντων.* Pro *οὕτως* scribe *οὕτω* ut et supra Cap. XLVI. fin. corrigas *οὕτω διέθηκεν* et Cap. X. init. *οὕτω δοκεῖ.*

## CAP. LIII.

4. *Σικυώνιοι συμφορὰν ἐποιοῦντο μὴ παρ' αὐτοῖς τεθῆναι τὸ σῶμα.*

Dicitur *συμφορὰν ποιεῖσθαί τι.* Vide in vit. Timoleontis pag. 237, E. *βαρέως δὲ φέρων ὁ Τιμολέων, καὶ συμφορὰν ποιούμενος ἑαυτοῦ τὴν ἐκείνου κακίαν.* Herod. Lib. V. c. 35. *Ταῦτα δὲ ὁ Ἰστιαῖος ἐποίεε συμφορὴν ποιεύμενος μεγάλην τὴν ἑωυτοῦ κατοχὴν τὴν ἐν Σούσοισι.* Infinitivus autem *τεθῆναι* hic objectum est. Interseras igitur ante part. *μὴ* articulum *τὸ*, qui ob antecedentis verbi exitum facile socordia librarii excidere potuit.

10. *Βουλεύῃ, Σικυών, ζωάγριον αἰὲν Ἀράτου,*
*Ἀμφ' ὁσίῃ θαλίῃ τε κατοιχομένοιο ἄνακτος;*
*Ὡς τὸ βαρυνόμενον τῷδ' ἀνέρι καὶ τὸ βαρῦνον*
*Γαίης ἔστ' ἀσέβημα καὶ οὐρανοῦ ἠδὲ θαλάσσης.*

Haec non intelligo, neque intelligi possunt.

20. *καὶ θύουσιν αὐτῷ θυσίαν, τὴν μὲν, ᾗ τὴν πόλιν*

*ἀπήλλαξε τῆς τυραννίδος ἡμέρᾳ πέμπτῃ Δαισίου μηνὸς, ὃν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν Ἀνθεστηριῶνα, καὶ τὴν θυσίαν ἐκείνην Σωτήρια προςαγορεύουσι· τὴν δὲ τοῦ μηνὸς ἐν ᾗ γενέσθαι τὸν ἄνδρα διαμνημονεύουσι.*

Primum corrigendum est *θυσίας*, quod sequentia *τὴν μὲν, τὴν δέ* jubent. — Deinde ejiciendum *ἐν*. Nam simplici dativo tantum utuntur Graeci ad tempus finitum significandum.

24. *Τῆς μὲν οὖν προτέρας τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος κατήρχετο θυηπόλος, τῆς δὲ δευτέρας ὁ τοῦ Ἀράτου, στρόφιον οὐχ ὅλον λευκὸν, ἀλλὰ μεσοπόρφυρον ἔχων,*

Recte Reiskius vidit ad *τοῦ Διὸς θυηπόλος*, quia opponitur *ὁ τοῦ Ἀράτου*, articulum desiderari. Sed, ne articulus verbo interjecto a nomine distrahatur, quod est contra linguae indolem, transponendum mihi videtur *θυηπόλος κατήρχετο*. — Caeterum *στρόφιον οὐχ ὅλον λευκόν* dicitur quasi pars a strophio albo abscissa sit. Quod quum sit absurdum et perierit etiam antithesis: corrigendum videtur, una littera deleta, *ὁλόλευκον*, quod recte omnino respondet *τῷ μεσοπόρφυρον*.

---

## CAP. LIV.

5. *καὶ παρέτρεψεν εἰς δεινὰς καὶ ἀλλοκότους ἐπιφορὰς πράξεων ἀτόπων καὶ σὺν αἰσχύνῃ παθῶν ὀλεθρίων ὀρεγόμενον,*

*πράξεων καὶ παθῶν* sunt Genitivi objectivi pendentes a substantivo verbali *ἐπιφοράς*, quod lector aliquis minus perspiciens addidit verb. *ὀρεγόμενον*, quo sensum corrupit

reddiditque ineptum et absurdum. Nam qui tandem fieri potest ut, quo quis jam fertur, eo avertatur. Ejiciatur igitur interpolamentum.

7. *ὥστε τὸν θάνατον αὐτῷ, καίπερ ὄντι νέῳ καὶ ἀνθοῦντι, μὴ συμφορὰν, ἀλλ' ἀπόλυσιν κακῶν [καὶ σωτηρίαν] γενέσθαι.*

Optime Codices A. B. D. C. omittunt *καὶ σωτηρίαν*. Recte mors dicitur esse *ἀπόλυσις κακῶν*, non item *σωτηρία*. *σωτηρία* enim tribui solet vivo, qui a miseriis vindicatur.

15. *Ἀποκτείνων δ' ἀεὶ τοὺς ἀρίστους καὶ συγγενεστάτους φρίκης ἐνέπλησε καὶ μίσους ὅλην τὴν βασιλείαν πρὸς αὐτόν.*

Si Plutarchus dicere voluisset *alios esse optimos alios cognatione proximos, quos interficeret Philippus*, scripsisset *καὶ τοὺς συγγενεστάτους*; sin voluisset *optimos quos occideret, eosdem esse cognatione proximos*, scripsisset, quod usus requirit, *Ἀποκτείνων δ' ἀεὶ τοὺς ἀρίστους τῶν συγγενεστάτων*; at id horrore non totum regnum implevisset. Sed levissima mutatione corrigendum est, quod Noster omnino scripsisse, librarius vitiasse videtur, *εὐγενεστάτους*. Vide in vit. Ciceronis pag. 881, A. *καὶ σχεδὸν ἐκ τῆς πρὸς τούτους συνηθείας εὐγενεστάτους καὶ πρώτους ὄντας, αὖθις ἴσχυεν ἐν τῇ πόλει μέγιστον.*

24. *Τὸ δ' Ἀράτου γένος ἔν τε Σικυῶνι καὶ τῇ Πελλήνῃ διέμεινε καθ' ἡμᾶς.*

Primum articulum *τῇ* adjungendum esse *Σικυῶνι* quae sequuntur *τῇ Πελλήνῃ* evincunt. — Deinde corrigendum

est *διαμένει.* Vide supra Cap. XLV. fin. *διαμένει δ' ἡ πόλις ἐπώνυμος τῶν ἀπολεσάντων καὶ ἀνελόντων τοὺς πολίτας.*, in vit. Romuli pag. 26, D. *διαμένει δὲ μέχρι νῦν τὸ τὴν νύμφην αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς μὴ ὑπερβαίνειν κτἑ.* Aoristus enim ideo non ferri potest, quod Arati genus aetate Plutarchi etiamtunc vigebat. Vide supra Cap. XXVI. fin. *ἄχρι τῆς τήμερον ἡμέρας γένος εὐδοκιμώτατον ἀπολέλοιπεν ἐν τοῖς Ἕλλησιν.* et conferatur Cap. I. — Tum *καθ' ἡμᾶς quod ad nos attinet* hic nihili est. Verba nonnulla excidisse videntur, quae inseras. Sensus requirit *ἄχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων.*

# THESES.

I.

Apud Herodotum II. 173. *καὶ οὕτω Αἰγύπτιοί τ' ἂν ἠπιςέατο ὡς ὑπ' ἀνδρὸς μεγάλου ἄρχονται καὶ ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες,* expunge *μεγάλου.*

II.

Ibid. 175. *τὸν δὲ Ἄμασιν ἐνθύμιςον ποιησάμενον οὐκ ἐᾶν ἔτι προσωτέρω ἑλκύσαι,* nihili est *ἐνθύμιςον,* corrige *ἐνθύμιον.* cf. VIII. 54.

III.

Verbum *καταγελᾶν* nonnumquam apud Herodotum cum dativo iunctum reperitur, ut III. 155. *δεινόν τι ποιεύμενος Ἀσσυρίους Πέρσῃσι καταγελᾶν,* quod Graecum non est; videtur *ἐγχανέειν* genuinum esse, in cuius locum interpretamentum irrepserit. Cf. Herod. III. 37. 38. IV. 79. VII. 9.

IV.

Apud Herod. V. 34. *καὶ τὸ τεῖχος ἐσάξαντο, ἐσάξαντο* (ab *ἐσάγομαι*) barbarum est, emendandum *ἐφράξαντο.*

V.

Ibid. V. 44. ὡς λέγουσι Συβαρῖται dele ὡς.

VI.

Ibid. V. 85. ἀποπεμφθέντες ἀπὸ τοῦ κοινοῦ lege ὑπό.

VII.

Ibid. V. 97. ϛρατηγὸν ἀποδέξαντες αὐτῶν εἶναι Μελάνθιον ἄνδρα τῶν ἀςῶν ἐόντα τὰ πάντα δόκιμον, lege ἐόντα τὰ πρῶτα expuncto δόκιμον. Cf. VI. 100. IX. 78.

VIII.

Ibid. VI. 52. τὴν δὲ οὐδὲ αὐτὴν φάναι διαγινώσκειν, εἰδυῖαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα βουλομένην δὲ εἴκως ἀμφότεροι γενοίατο βασιλέες, supplendum οὐ βουλομένην δέ.

IX.

Ibid. VI. 55. τὰ δὲ ἄλλοι οὐ κατελάβοντο τούτων μνήμην ποιήσομαι, corrige κατέλαβον.

X.

Ibid. VI. 56. ἐν τῇσι ἐξοδίῃσι, leg. ἐξόδοισι.

XI.

Ibid. VI. 69. ἐκ δὲ ὀνοφορβῶν αὐτῷ τε Λευτυχίδῃ καὶ τοῖσι ταῦτα λέγουσι τίκτοιεν αἱ γυναῖκες παῖδας, dele παῖδας.

XII.

Ibid. VI. 57. δικάζειν δὲ τοὺς βασιλέας — πατρούχου παρθένου πέρι, quidquid dicunt Grammatici, Timaeus, Pollux, alii, πατροῦχος significare non potest ἐπίκληρος. Restituendum παμούχου.

XIII.

Ibid. VI. 75. ἔκειρε τὸ τέμενος τῶν θεῶν scribendum τοῖν θεοῖν.

XIV.

Ibid. VI. 85. *εἶπέ σφι Θεασίδης ὁ Λεωπρέπεος, Θεασίδης* non est Graecum nomen, scrib. *Θεαρίδης*.

XV.

Ibid. VI. 97. *νῦν ὦν καὶ ἄπιτε ἐπὶ τὰ ὑμέτερα αὐτῶν*, reponendum *κάτιτε*.

XVI.

Ibid. VI. 106. *ἦν γὰρ ἱςαμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη. εἰνάτῃ δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κυκλου.* leg. — *μηνὸς εἰνάτη. οἱ δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι κτἑ.*

XVII.

In Isocratis orat. *περὶ ἀντιδόσεως* §. 112. *ἑτέρῳ μὲν οὖν ἀπέχρησεν ἂν τοῦτ᾽ εἰπεῖν ὡς οὐ δίκαιόν ἐςι μετέχειν εἴ τι Τιμόθεος πράττων μὴ κατώρθωσεν*, scribendum *δίκαιος* pro *δίκαιον*.

XVIII.

Ibid. §. 115. *τίς γὰρ οὐκ οἶδε Κόρκυραν μὲν ἐν ἐπικαιροτάτῳ καὶ κάλλιςα κειμένην τῶν περὶ Πελοπόννησον*, interpolata sunt verba *καὶ κάλλιςα*.

XIX.

Ibid. §. 125. lege *οὐ τὴν αὐτὴν ὑμῖν γνώμην εἶχεν. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἐχειροτονεῖτε ςρατηγοὺς τοὺς ἐυρωςοτάτους τοῖς σώμασιν — ὡς διὰ τούτων διαπραξόμενοί τι τῶν δεόντων*, vulgatur *ἔσχεν* - *χειροτονεῖτε* — *διαπραξάμενοί τι*.

XX.

Ibid. §. ead. *αὐτὸς δὲ περὶ ταῦτα δεινὸς ἦν περὶ ἅπερ χρὴ φρόνιμον εἶναι τὸν ςρατηγὸν τὸν ἀγαθόν*, expunge *φρόνιμον εἶναι*.

XXI.

Quae Isocrates ibid. de officio imperatorio et re militari disputat eiusdem generis videntur atque ea quae Phormio audiente Hannibale copiose dicitur disseruisse.

XXII.

Eodem iudicii errore disseruit Idem ad Philippum de rationi belli barbaris inferendi, et amicorum bene monentium (in Philippo §. 19 sqq.) consilia sprevit.

XXIII.

Ibid. §. 136 insiticia sunt verba *ὃ μηδενὶ τῶν ἄλλων διαπράξασθαι συμβέβηκεν.*

XXIV.

Saepe Isocrates Platonem non nominatum rodit, ut in Philippo §. 14 *ἀλλ' ὁμοίως οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων ἄκυροι τυγχάνουσιν ὄντες τοῖς νόμοις καὶ ταῖς πολιτείαις ταῖς ὑπὸ τῶν σοφιςῶν γεγραμμέναις* et in Helenae Encomio §. 1. *εἰσί τινες - οἳ καταγεγηράκασι — διεξιόντες ὡς ἀνδρεία καὶ σοφία καὶ δικαιοσύνη ταυτόν ἐςιν,* quibus locis cum contemtu dialogi Platonis traducuntur.

XXV.

In Isocratis oratione *πρὸς Δημόνικον* §. 11 *ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις καταριθμησαίμεθα,* emendandum *καταριθμῆσαι [βουλοί]μεθα.*

XXVI.

bid. §. 29. *μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον.* Vitiosum est *ἀόρατον*, emenda *ἀόριςον.*

XXVII.

Ibid. §. 69. *δῆλον γὰρ ὡς ὁ μηδὲν ὢν αὐτὸς χρήσιμος οὐδ' ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν,* interpolatum est *χρήσιμος* et delendum.

XXVIII.

In Platonis Euthyphrone p. 9. c. *πάντες αὐτὸ ἡγείσθωσαν θεοὶ ἄδικον καὶ πάντες μισούντων* ferri non potest forma Macedonica, itaque leg. *ἡγείσθων.*

XXIX.

In Theage p. 124. e. *ὦ μιαρέ, τυραννεῖν ἄρα ἡμῶν ἐπιθυμῶν πάλαι ἐμέμφου τῷ πατρὶ ὅτι σε οὐκ ἔπεμπεν εἰς διδασκάλου τυραννοδιδασκάλου τινός;* dele *διδασκάλου.*

XXX.

In Platonis Protagora p. 316. b. *ὦ Πρωταγόρα, πρὸς σέ τοι ἤλθομεν ἐγώ τε καὶ Ἱπποκράτης οὗτος,* scrib. *οὑτοσί.*

XXXI.

Ibid. l. l. *πότερον, ἔφη, μόνῳ βουλόμενοι διαλεχθῆναι ἢ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων;* leg. *μόνοι μόνῳ,* ut mox *πότερον περὶ αὐτῶν μόνος οἴει δεῖν διαλέγεσθαι πρὸς μόνους ἢ μετὰ τῶν ἄλλων;*

XXXII.

Ibid. p. 322. a. *καὶ τὰς ἐκ γῆς τροφὰς εὕρετο* vitiosum est *εὕρετο* quod significat *impetravit.* Leg. *εὗρεν.*

XXXIII.

Ibid. c. *τίνα οὖν τρόπον δοίη δίκην,* corrig. *δῶ* ut mox *νείμω* et *θῶ.*

XXXIV.

Ibid. p. 328. e. *πολλοῦ γὰρ ποιοῦμαι ἀκηκοέναι ἃ ἀκήκοα Πρωταγόρου,* scrib. *περὶ πολλοῦ.*

XXXV.

Ibid. p. 333. b. *ὡμολόγησε καὶ μάλ᾽ ἀκόντως,* Attici dicebant *ἄκων* quod reponendum.

XXXVI.

Ibid. p. 343. e. *εὐηθες γὰρ τοῦτό γε φανείη καὶ οὐ Σιμωνίδου*, leg. *οὐ πρὸς Σιμωνίδου.*

XXXVII.

In Platonis Ione p. 530. a. *πῶς τι ἠγωνίσω; τι* delendum.

XXXVIII.

Ibid. p. 533. c. *καὶ ἄρχομαί γέ σοι ἀποφαινόμενος ὅ μοι δοκεῖ*, recipiendum erat quod dabant Codices *ἔρχομαι* tum *ἀποφανούμενος* legendum.

XXXIX.

In Platonis Menone p. 94. e. *ἴσως μὲν καὶ ἐν ἄλλῃ πόλει ῥᾴδιόν ἐστι κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους ἢ εὖ, ἐν τῇδε δὲ καὶ πάνυ*, leg. *ῥᾷον.*

XL.

In Alcibiade I. p. 104. e. *οὐ γάρ τοι εἴη θαυμαστὸν εἰ ὥσπερ καὶ μόγις ἠρξάμην οὕτω μόγις καὶ παυσαίμην*, leg. *οὐ γάρ τι — ὥσπερ μόλις ἠρξάμην - παυσοίμην.*

XLI.

Ibid. p. 129. a. *ὁ τοῦτο ἀναθεὶς εἰς τὸν ἐν Πυθοῖ νεών*, dele *ἐν.*

XLII.

In Platonis Charmide p. 153. a. *οἷον δὲ διὰ χρόνου ἀφιγμένος ἀσμένως ᾖα ἐπὶ τὰς συνήθεις διατριβάς*, Atticum est *ἄσμενος* et Platoni reddendum.

XLIII.

Ibid. p. 156. d. *ἔμαθον δ' αὐτὴν ἐγὼ ἐκεῖ ἐπὶ στρατείας* Athenienses dicebant *ἐπὶ στρατιᾶς* idque Plato scripsit. Eadem medicina sanandus locus in Sympos. p. 220. c. Cf. Aristoph. Vesp. 354. et 557. Lysistr. 100.

605



XLIV.

In Platonis Legg. II. p. 666. d. *ποίαν δὲ ᾄσουσιν οἱ ἄνδρες φωνήν; ᾄσουσι* barbarum est pro *ᾄσονται.* Plato scripsit *ἥσουσιν.*

XLV.

In Platonis Symposio p. 206. b. *μαντείας δεῖται ὅ τι ποτὲ λέγεις*, emendandum *μάντεως*.

XLVI.

Ibid. p. 213. c. *ὦ Ἀγάθων, ὅρα εἴ μοι ἐπαμύνεις,* imo *ἐπαμυνεῖς.*

XLVII.

Ibid. e. *ἀλλὰ φερέτω Ἀγάθων, εἴ τι ἐςὶν ἔκπωμα μέγα,* nimis inurbanum est. Leg. *φέρετ', ὦ Ἀγάθων, κτὲ.*

XLVIII.

In Platonis Epistola VII. p. 328. a. *φιλοσοφία δὲ - πῶς οὐ προδέδοται τὰ τὖν μέρος ὅσον ἐπὶ σοὶ γέγονεν;* leg. *τὰ νῦν τὸ σὸν μέρος;* quod significat *ὅσον ἐπὶ σοὶ γέγονεν.*

XLIX.

In fragmento Pratinae apud Athen. XIV. p. 624. f. *μήτε σύντονον δίωκε μήτε τὰν ἀνειμέναν Ἰαςὶ Μοῦσαν* supple *λίαν* post *ἀνειμέναν,* cuius voc. ultima syllaba *NAN* absorpsit seq. *ΛΙΑΝ.*

L.

In Euripidis Cyclope vs. 566:

*λαβών, ξέν', αὐτὸς οἰνοχόος γέ μοι γενοῦ*

recipienda est coniectura Dobrei: *λάβ', ὦ* et *τέ μοι.*



